

„ mia, y perdimiento de bienes, y como condena su alma, no diciendo verdad, y quitando la justicia à la parte contraria, y como Dios no le perdonara el pecado, no restituyendo todo el interese, que à la parte contraria se le figurere de su dicho; y que sientadole probado ser testigo falso, le daran docientos azotes, y quitaran los dientes, demás de la ofensa que à nuestro Señor hace, &c.

III. „ Item, el que fuere preguntado por la segunda pregunta del dicho interrogatorio, si dixere que la sabe, sea repreguntado, como sabe, que el dicho Fulano es Clerigo, Presbytero, y Beneficiado de la dicha Iglesia, y si le ha visto sus titulos, de que Obispo, po son, y quien le ordeno, y hizo colacion del dicho Beneficio: y à que vecinos ha visto que le acuden con los diezmos, y por que à el mas, que à otro, &c.

IV. „ Item, el que dixere por la tercera pregunta, sea repreguntado, como la sabe, y que años ha visto recibir los Santos Sacramentos en la dicha Iglesia al dicho Fulano, y que Sacramentos le vio recibir, y quando, y que Divinos Oficios le ha visto oír, y que personas estaban delante, &c.

V. „ Item, el que dixere por la quarta, sea repreguntado, como la sabe, y que cosa es yugada de heredad, y que simientes le ha visto sembrar, y coget en sus heredades: y como sabe, que los bienes que posee son suyos, y por que titulos, y con que personas le ha visto tratar, y gear, &c.

VI. „ Item, el testigo que dixere por la quinta, sea repreguntado, como la sabe, y si le halló à ver medir las fanegas de pan, y semillas que cogio en sus heredades, y quantas cogio mas un año, que otro de los dichos dos años, y si conto las cabezas de ganado, que se acogio en las dichas dehesas, &c.

VII. „ Item, el que dixere à la sexta pregunta, sea repreguntado, como la sabe, y si vio el coget, y vender los dichos frutos, y quantos maravedis se hicieron de ellos, y à que precios se vendieron, &c.

VIII. „ Item, el que dixere por la septima pregunta, sea repreguntado, como la sabe, y que cosa es costumbre usada, y guardada, y que actos son necesarios para intro-

(f) Argum. text. in cap. cum sit Romana, de Appell. in princ. & nos diximus in dict. 8. Temp. in expositione sententia interlocutoria, verbi. *con placet*, y termino, & ibi tradita erunt consideranda in presentia.

(g) Ut resolvimus in dict. 8. Temp.

ducirse, y à que feligreses ha visto el pagar los diezmos de diez uno, y à que Beneficiados, y quantos han sido los Beneficiados, que en el dicho Beneficio el ha conocido, &c.

IX. „ Item, el que dixere por la octava pregunta, sea repreguntado, como la sabe, y por que causa sabe, que el dicho Fulano dexó de pagar los dichos dos años el diezmo de las dichas cosas, &c.

X. „ Item, el que dixere por la ultima pregunta, sea repreguntado, como sabe, que es publico, y notorio, pública voz, y fama, y qual se dice la pública voz, y fama, y que es comun opinion, &c.

40. Similiter ex adverso reus porrigit suum interrogatorium, ubi libellum responsorium suarum exceptionum, *mutatis mutandis*: & si illis est super aliqua ex causis, in quibus copia interrogatorii datur parti adverte, tunc Judex precipit, quod copia dicti interrogatorii detur adveri: qui si voluerit, similiter poterit producere interrogatorium de repreguntas forma, de qua dictum fuit supra. Et productis ab utraque parte articulis, testes producuntur, jurant, & examinantur intra dilationes à Judice datas, ut diximus in dict. 8. Tempore, 41. ubi resolvimus, terminum probatorium arbitrarium esse, secundum qualitatem causae, personarum, & distantiam locorum. (f)

42. Et praxis, quae magis frequentatur in Tribunali Ecclesiastico circa has dilationes dandas, est, quod prima dilatio datur cum terminum *novem dierum*, si causa gravis est: si vero est mediocris, datur dilatio *sex dierum*: si vero minima, *trium dierum*: secunda, & tertia dilatio unaquaque datur cum eodem termino, quo data fuit prima dilatio: quarta vero dilatio, quae vulgo *quarto plazo* dicitur, datur cum termino *triginta dierum*, vel cum majori, vel minori, secundum Judicis arbitrium, habito respectu ad supradictas tres causas: prorogatio autem hujus quarta dilationis in Foro Ecclesiastico non datur, licet in Foro Seculari contrarium observetur. (g)

43. Si vero aliqua ex partibus litigantibus fuerit minor viginti quinque annis, Ecclesia, seu aliqua persona, cui de jure competat restitutio in integrum, & adversus probationem omnifam restitutionem petierit, danda sibi erit. (h)

44. Postquam termini probatorii fuerint

(h) Juxta text. in cap. *Auditis*, de In integr. restit. & quae nos resolvimus in dict. 8. Temp. ubi posuimus formam, qua libellus petitionis restitutionis concipiendus est, quam in isto foro, *mutatis mutandis*, observabit.

rint transacti, altera ex partibus cujus magis interit, comparet coram Judice petendo, *publicationem testium fieri*: & Judex precipit, *copiam illius petitionis alteri parti dari, intimarique eidem, ut ad primam Audientiam compareat, dicendo, quare publicatio fieri non debeat*: & tunc altera pars in illa Audientia comparet, *incusando contumaciam suo adversario*, ex eo quod non dixit contra praedictam publicationem, petendoque iterum, *quod publicatio fiat*: & Judex tunc publicationem facit cum termino *sex dierum*. (i) Intra quem terminum *sex dierum*, unaquaque pars producit libellum suarum allegationum, & si repullas adversus personas, & dicta testium habuerit, eas opponet, & in isto articulo procedit eodem modo, quomodo diximus in 1. Part. 1. Tom. & petitur ab aliqua parte ex litigantibus, *quod concludatur ad diffinitivam sententiam*, cujus petitionis copia datur alteri parti precipiendo eidem, *quod ad primam Audientiam respondeat, & concludat*: & tunc conclusionem petens comparet in illa Audientia incusans contumaciam adversario, ex eo quod non concludit, petensque iterum, *quod causa pro conclusa habeatur*: & tunc Judex profert sententiam interlocutoriam, qua causa pro conclusa habet.

45. Postquam sententiam, quam interlocutoriam annotat esse Felinus, (j) interrogatio ad fundandam intentionem interrogari petentis, seu ad litis decisionem fieri non potest,

etiam ex solo Judicis officio: (k) nam licet praedicta sententia conclusionis interlocutoria sit, quae sui natura revocari possit, (l) 46. tamen, quia praedicta sententia habet vim diffinitivae, & executionem secum trahit, (m) talem enim sententia revocari non potest, & per consequens, post conclusionem in causa, Judex interrogare non potest.

Et in praedicta sententia interlocutoria conclusionis Judex mandat, *quod partes citentur ad audiendam sententiam diffinitivam ad primam Audientiam, & ad quancunque diem, quae feriata non fuerit*: (n) 47. & tunc intimata praedicta jussione utrique parti, Judex visio processu, & attentis, & consideratis omnibus iis, quae diximus in 1. Part. 1. Tom. 11. Tempore, profert sententiam diffinitivam: à qua si appellatum non fuerit, tunc Judex executioni mandabit eam, petendo prius pars, in cuius favorem lata fuit, *quod praedicta sententia detur sibi signata in publica forma, ut virtute ejus executio fiat in persona, & bonis condemnati; cujus petitionis copia mandatur à Judice dari parti adversae, & quod ad primam Audientiam respondeat*: & in hoc observanda erit praxis, quam resolvimus in dict. 1. Part. 1. Tom. 12. Tempore, ubi etiam diximus quid observandum esset, si de nullitate sententiae esset agendum, quod etiam in isto Foro locum habebit; ceterum, si à praedicta sententia fuerit appellatum, tunc consideranda erunt quae resolvimus in 5. Part. hujus 2. Tom.

(i) Ut resolvimus in dict. 8. Temp. quae omnia ibi resoluta observanda erunt in isto Tribunali.

(j) In cap. *Cum Joannes*, num. 12. de *Fid. instrument.*

(k) Secundum Rip. in cap. 1. n. 2. de *Judic.* & plures alios, quos refert, & sequitur Menoch. lib. 2. de *Arbitr.*

cent. 1. cal. 51. à n. 19.

(l) Ut in leg. *Quod iussit*, ff. de *Re judic.*

(m) Ut ex notatis à Bartol. Arcin. & aliis colligit Menoch. in dict. cal. 51. n. 30. & 31.

(n) Quae omnia procedunt, & fieri debent juxta ea, quae resolvimus in 1. Part. 1. Tom. 10. Temp.

FINIS PRIMÆ PARTIS HUIUS SECUNDI TOMI

SECUNDA PARS HUIUS SECUNDI TOMI.

DE FORMA PROCEDENDI CONTRA CONTUMACES
in causis civilibus.

EX CAPITE UNICO SUMMARIÆ.

1. **I**nvoitus nemo agere, vel accusare tenetur.
2. **J**udicium in invito redditur.
Tom. II.

3. **A**ctor agere non compellitur; reus vero suscipere iudicium debet.

4. **R**egula juris, quod nemo invito agere
Bbb com-

compellitur, & altera, quod iudicium in iudicium reddatur, qualiter concilietur.

5 Contra reum contumacem varia à jure sunt prodita remedia.

6 Contra contumacem proceditur per remedium sequstrationis, & per remedium excommunicationis.

7 Excommunicatio est nervus Ecclesiastica disciplina ad compescendos contumaces.

8 Excommunicationis remedio, ut hodie uti possit, quæ Concilium Tridentinum requirit.

9 Excommunicatus persistens in excommunicatione, si fuerit Clericus in carcerem deturdi potest, & si Laicus, post censuras, per invocationem brachii secularis ab eo capi potest.

10 Actor adversus contumacem duobus remediis uti potest, vel, quod procedatur adversus eum usque ad diffinitivam, si liquere possit de causa, vel, quod procedatur in possessionem.

11 Remedium actori concessum, ut possit adversus reum contumacem procedere usque ad diffinitivam solum habet locum, quando reus fuit contumax post litem contestatam, licet secus de jure Regio, ut infra num. 14.

12 Ante litem contestatam non proceditur ad receptionem testium, nec ad sententiam diffinitivam.

13 Intellectus Auth. Qui semel, Cod. Quomodo, & quando Judex.

14 Intellectus cap. Quoniam frequentet, S. Porro, ut lite non contestet, & cap. Cum olim, de Testib. & cap. un. de eo, qui mitt. in poss. lib. 6.

15 Adversus contumacem proceditur usque ad primum, & secundum decretum, ut tadio effectus veniat responsurus.

16 Actor potest eligere alterum ex remediis sibi competentibus adversus reum contumacem, si per alium sibi non sit satis consultum.

17 Decretum variis modis accipitur in jure.

18 Decretum sumitur in jure pro mandato Judicis de mittendo aliquem in possessionem bonorum ob contumaciam rei.

19 Decretum est duplex.

20 Decreti varia sunt definitiones, remissivæ.

21 Decreti primi, & secundi, quæ sint aptiores definitiones.

22 Ut possit perveniri ad primum, & secundum decretum plura requiruntur.

23 Decretum primum, ut interponi possit, requiritur, quod reus fuerit preceptorie citatus, & si non venerit vel miserit, quod missio in possessionem contra eum fiat.

24 Citatio preceptorie dicitur, quando in citatione apponitur verbum preceptorie, vel cum facta sunt tres citationes, aut unica pro

tribus, & aliis modis, remissivæ.

25 Intellectus leg. Et post edictum, ff. de Judic.

26 Citatio nova post preceptoriam plerumque de aequitate Canonica fit.

27 Intellectus leg. 2. Cod. Quomodo, & quand. Judex.

28 Intellectus cap. fin. de eo, qui mittit. in possid.

29 Intellectus leg. Ignorare, Cod. de Restit. militum.

30 Citatio preceptorie non est necessaria de jure Regio ad interpositionem primi decreti, sed sufficit unica citatio.

31 Citatio preceptorie, quæ de jure communi requiritur ad interponendum primum decretum, debet fieri in persona rei, si inveniri potest, alias ad domum ejus.

32 Intellectus leg. Scire etiam, S. Qui autem, ff. de Excul. tutor.

33 Conciliatur opinio Innoc. & Panor. cum communi contraria.

34 Citatio unica, quæ sufficit de jure Regio ad interponendum primum decretum, fieri debet in persona rei contumacis.

35 Decretum primum, ut interponi possit requiritur, quod actor compareat in termino citationis coram Judice, incursus contumaciam rei.

36 Decretum primum, ut interponi possit, etiam requiritur, quod post preceptoriam citationem libellas ab actore offeratur in causa principali.

37 Libellus, in quo actor petat, se mitti in possessionem ex primo decreto, non est necessarius, postquam præcessit citatio, & alius libellus in causa principali, sed sufficit qualisvis petitio à Notario in actis redacta.

38 Quantitas, pro qua petitur primum decretum, debet excedere summam sexcentorum marapatinorum, quod si non excedat, proceditur per captionem pignorum.

39 Decretum primum ut interponi possit, requiritur etiam, quod constet semiplene de debito, vel saltem, quod actor præstet juramentum de calumnia, antequam in possessionem mittatur.

40 Juramentum, quod actor præstare debet, antequam in possessionem mittatur, non sufficit, quod præstitum sit in libello cause principali, sed præstandum est in ipsa missione.

41 Missio in possessionem Judicis officio Nobili expeditur.

42 Juramentum de calumnia in missione possessionis præstitum, an sufficiat ad totam causam principalem, si antea præstitum non sit, remissivæ.

43 Actor agens actione reali mittendus est

in possessionem rei petita; si verò agat personali in possessionem bonorum debitoris pro modo, & quantitate debiti.

44 Missio in possessionem prius fieri debet in bonis mobilibus, & his deficientibus, in immobilibus, & in bonum defectu in iuribus, actionibus, & nominibus debitoris.

45 Missio in possessionem ex primo decreto cessat, si reus compareat coram Judice, expensas rescindendo, & præstando cautionem de stando & parendo, dummodo compareat intra annum à die missionis, vel intra terminum eidem præfixum.

46 Reus, ut possit recuperare possessionem, in quam actor ob ejus contumaciam fuit missus, debet comparere intra mensem, si fuit facta missio ex actione personali, & intra duos, si ex actione reale, secundum jus Regium.

47 Judex potest ex causa abbreviare omnes dilationes à jure præscriptas, vel prorogare, etiam sine ministerio Judicis concessas.

48 Intellectus cap. Cum venissent, de eo, qui mittitur in possid.

49 Missio in possessionem post legitimam appellationem nulla est, & venit revocanda per viam attentatorum.

50 Reo non comparente intra terminum juris, præstando cautionem, & expensas, potest procedere Judex ad missionem ex secundo decreto.

51 Ad interpositionem secundi decreti requiritur, quod reus iterum citetur, ut fuit citatus ad primum decretum: quæ nova citatio de jure Regio non est necessaria.

52 Ut secundum decretum interponi possit etiam requiritur, quod reus latet, & quod præcedat cognitio semiplene de debito: quæ cognitio de jure Regio non est necessaria.

53 Ut secundum decretum interponi possit, etiam requiritur, quod terminus à jure, vel à Judice præscriptus sit elapsus.

54 Missus in possessionem ex secundo decreto efficitur verus possessor, & potest longa tempore dominium acquirere.

55 In actione reali non est locus missioni in possessionem ex secundo decreto, secus verò in personali.

56 De jure Regio missus in possessionem ex primo decreto, elapso uno mense in actione personali, & duobus in reali, statim efficitur verus possessor, sine interpositione secundi decreti.

57 Missio in possessionem fieri potest in re petita, si agatur actione reali, & in bonis omnibus debitoris, si agatur actione personali.

58 Missio in possessionem fieri potest, etiam in bonis alienari prohibitis in vita possessoris.

59 Missio in possessionem ex primo, & secundo decreto non habet locum in Beneficio Ec-

clesiastico, & quæ sit ratio.

60 Tituli Beneficiales sunt perpetui.

61 Missio in possessionem ex primo decreto est annalis.

62 Res profane, etiam absque titulo, haberi non possunt.

63 Autoritas Judicis excusat possidentem.

64 Sententia Judicis in beneficiis transit in auctoritatem rei judicata.

65 Dominium verum profanarum regulariter non acquiritur, nisi per traditionem, & acquisitionem possessionis.

66 In beneficiis jus, & dominium eorum non acquiritur ex sola possessione, & traditione.

67 Beneficia ex sola Canonica institutione, & Prælatorum provisione, non etiam ex sola possessione acquiruntur.

68 Judicis auctoritas de mittendo quem in possessionem beneficii ex primo decreto non excusat, nec titulum Canonicum tribuit.

69 Missio in possessionem, non solum non habeat locum in beneficiis obtinendis, sed etiam in jam obtentis.

70 Missio in possessionem ex primo decreto etiam fieri non potest in fructibus beneficii.

71 In fructibus percipiendis magis attenditur ad jus corporis ex quo percipiuntur, quam ad jus seminis.

72 Missio in possessionem ex primo decreto fieri potest in fructibus beneficii separatis, & perceptis, non etiam in pendentiibus.

73 Missio fieri potest in proprietate Ecclesia.

74 Executio si ri potest in fructibus beneficii jam perceptis.

75 Fructus beneficii jam percepti assignari possunt Oeconomio causa custodie.

76 Decretum primum, & secundum interponi debet per Judicem mirum, vel mixtum imperium habentem, à quo etiam revocari debet missio facta, nisi in causa damni infecti.

77 Damni infecti causa celeritatem desiderat.

78 Missio in possessionem ex primo decreto delegari non potest ab inferiori Principe, secundum jus Civile, secus autem, secundum jus Canonicum.

79 Missionis in possessionem ex primo decreto plures sunt effectus, remissivæ.

80 Missus in possessionem ex primo decreto, intra annum verus possessor fit in actione reali revocabiliter, & post annum irrevocabiliter, secundum communem Legislarum.

81 Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali, secundum communem Canonistarum, non fit intra annum possessor,

sed tantum custos.

82 *Missus in possessionem causa rei servanda non possidet, sed tantum detinet.*

83 *Aktor missus in possessionem ex primo decreto in actione reali, expellit reum contumacem de possessione rei, ut reus ejus detentationem amittat, & ipse actor ea potiri possit.*

84 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, non expellit contumacem a possessione rei, in qua fuit missus, quia non est detentator, sed tantum custos.*

85 *Missus in possessionem ex primo decreto, tam in actione reali, quam personali expellit reum a possessione rei, secundum jus Regium.*

86 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, non fit intra annum verus possessor, sed tantum est custos.*

87 *Missus in possessionem ex primo decreto intra annum, non facit fructus suos, sive sit missus ex actione reali, sive personali.*

88 *Reo contumaci comparenti intra annum prestanti expensas, & cautionem tenetur actor, qui missus fuit in possessionem ex primo decreto in actione reali, restituere possessionem rei cum fructibus perceptis.*

89 *Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, tenetur computare fructus perceptos in sortem principalem, reo comparente intra annum, prestando expensas, & cautionem.*

90 *Missus in possessionem ex primo decreto, non potest intra annum intentare remedium possessorium, uti possidetis.*

91 *Aktor missus in possessionem ex primo decreto in actione reali verus efficitur possessor intra annum, si reus fuit contumax post litem contestatam.*

92 *Missus in possessionem in actione reali ex primo decreto, verus efficitur possessor intra annum, si ob nimiam rei contumaciam missus sit in possessionem.*

93 *Missus in possessionem ex secundo decreto, verus efficitur possessor, & dominus, quando bona erant debitoris, alias transfertur in eum usufructu condicio.*

94 *Missus in possessionem ex secundo decreto, ita demum efficitur dominus, si per longum tempus usufructu.*

95 *Intellectus S. Julianus, leg. Si finita, ff. de Damn. infect.*

96 *Missus in possessionem ex secundo decreto facit fructus suos.*

97 *Fructus ratione possessionis acquiruntur.*

(a) Ut in leg. unic. Cod. *ut nemo inuito*, & in leg. 46. tit. 2. Part. 3.

98 *Aktor missus in possessionem ex secundo decreto efficitur reus, & reus contumax efficitur actor.*

99 *Missus in possessionem ex secundo decreto non tenetur reo respondere super possessionem, sed tantum super proprietate.*

100 *Missus in possessionem ex secundo decreto non tenetur respondere reo, super proprietate in causa damni infecti, & in causa noxali, & de peculio.*

101 *Missus in possessionem ex secundo decreto potest facere, ut vendantur res debitoris, in quarum possessionem fuit missus, ut ei satisfiat, etsi minus debito valeant, quoad reus suppleat de aliis bonis.*

102 *Praxis qua observatur in fulminando processu in via primi, & secundi decreti, Hispano sermone conscripta.*

103 *Petitio, qua actor petit in Foro Ecclesiastico mitti in possessionem ex primo decreto ob contumaciam rei, Hispano sermone concepta, postquam libellus actionis jam erat presentatus.*

104 *Libellus, quo actor simul petit, se mitti in possessionem ob contumaciam rei, & proponit actionem adversus eum in Foro Ecclesiastico.*

105 *Praxis qua observatur in Foro Ecclesiastico, postquam actor porrigit libellum, in quo petit, se mitti in possessionem ob contumaciam rei.*

106 *Sententia, qua Juxta pronuntiat, actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto, est interlocutoria, & non definitiva, unde ab eo revocari potest, si confiterit indebitum peti.*

107 *Missio in possessionem ex primo decreto, non est revocanda, nisi citato eo, qui rem detinet.*

108 *Appellari non potest a sententia, qua Juxta pronuntiat, actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto.*

109 *Sententia interlocutoria missionis in possessionem ex primo decreto, Hispano sermone concepta.*

110 *Praxis, qua observatur, postquam Juxta pronuntiat, actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto, describitur.*

CAPUT UNICUM.

1. **L**icet enim regula juris sit, quod nemo inuito agere, vel accusare compellatur: (a) 2. altera tamen juris regula est, quod

judicium in invitum reddatur: (b) 3. quae regula ita componitur, quod prima in actore locum habeat, qui compelli ad agendum non debet; secunda vero procedat in reo, qui compellendus est actori respondere, secundum Alexandrum: (c) quam compositionem testatur communem esse Bologninus, (d) & eam probat lex 10. tit. 3. Part. 3. (e) Oppositam tamen sententiam, imò priorem regulam etiam in reo obtinere, tenet Glossa: (f) 4. quae tamen opiniones componi possunt, nempe, quod prior intelligatur, reum esse compellendum judicium suscipere causativo, & conditionaliter, hoc est, quod illud suscipiat, nisi maluerit pati remedia contra eum a jure prodita; posterior vero intelligatur, nempe, quod non sit praeside, & omnino compellendus judicium suscipere. (g)

5. Unde, cum variis artibus rei conventi subterfugerent judicia, & dilationibus uterentur, ut actores jus suum consequi non possent, & ob id se contumaciter absentarent, varia remedia à Jure Caesareo, & Pontificio adversus reum contumacem prodita sunt, ut dolus, & malitia eidem non parocinarentur, & finis libitibus citius imponeretur: 6. & ita contra reum contumacem proceditur per remedium excommunicationis: (h) 6. & etiam per remedium excommunicationis: (i) 7. excommunicatio enim est nervus Ecclesiasticae disciplinae ad compescendos contumaces, (j) quod remedium in Tribunalibus Ecclesiasticis magis frequentatur.

8. Sed hodie in cap. 3. Concilii Tridentini, Sess. 25. mandatur omnibus Judicibus Ecclesiasticis, quod in causis judicialibus se abstineant, tam in procedendo, quam in definiendo à censuris Ecclesiasticis, quando executio realis, vel personalis fieri poterit; sed quod per multas pecuniarias procedant, sive per captionem pignorum, vel personarum, vel alia juris remedia: & tunc demum ad cen-

suras perveniant, quando supradicta fieri non possint; & ita tutum non erit à remedio censurarum incipere, nisi aliis procedentibus; alioquin causa ad Supremum Consilium Regium deferri possit, cum in derogationem Concilii Tridentini, & contra ejus prohibitionem sit, (k) interposita prius appellatione à talibus censuris ad Judicem Ecclesiasticum superiorem: nam ad solos Ecclesiasticos cognitio hujus rei pertinet; non vero ad Saeculares, ut in dict. cap. 3. Concilii Tridentini dicitur. Sed si Juxta censuras proferens noluerit deferre appellationi, per viam violentiam poterit negotium ad Consilium Regium deduci, de qua violentia Consilium Regium cognoscit: & ita est intelligendum, quod paulo superius resolvimus.

9. Et si in excommunicatione reus persistat, si Clericus fuerit in carcerem detrudatur, si vero laicus, post censuras, per invocationem auxilii saecularis à Juxta Saeculari capitur; 10. & si adhuc in sua contumacia perseveret, nec per supradicta remedia satis consultum sit actori, tunc poterit actor eligere unum ex duobus remediis: 10. vel, quod procedatur usque ad sententiam definitivam adversus contumacem, si liqueat vel liquere possit de causa, juxta text. in leg. *Consentaneum*, Cod. *Quomodo*. & *quand. Juxta* text. in cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis, ut lite non contest.* & in cap. unic. de *Bo, qui mitt. in possess. causa rei serv.* in lib. 6.

11. Quod remedium de Jure Communi procedit, quando reus fuit contumax post litem contestatam, à judicio recedendo contumaciter, (l) 12. & ratio est, quia ante litem contestatam, nec ad receptionem testium, nec ad sententiam definitivam proceditur. (m)

13. Cui vero intellectui non obstat text. in Auth. *Qui semel*, Cod. *Quomodo* & *quando Juxta*; nam responderet, illum text. loqui in actore contumace, adversus quem, lite non con-

(b) Ut in leg. *inter stipulantem*, §. 1. ff. de *Verb. oblig.* & in leg. *Consentaneum*, Cod. *Quomodo*, & *quand. Juxta*, & in cap. 2. de *Litis conz.* in 6. ibi: *Judicium suscipiat omnino.*

(c) Num. 5. & Jass. n. 3. in dict. leg. *inter stipulantem*, §. 1.

(d) Num. 78. & Mich. Urcurus, n. 90. in leg. *Si finita*, §. *Julianus*, ff. de *Damn. infect.*

(e) Et ibi Greg. Lup. in gloss. 2.

(f) In dict. leg. unic. verb. *Invitus*, & gloss. in Auth. *Qui semel*, Cod. *Quomodo*, & *quand. Juxta*, verb. *Locum*, & ibi Bartol. n. 19. & in dict. §. *Julianus*, n. 16. Avend. in respons. 1. n. 21. & communiter alii, secundum Bologn. in dict. §. *Julianus*, n. 78.

(g) Ita praedictas communes opiniones ad invicem contrarias componunt Bologn. & Urcurus, ubi supr.

(h) Juxta text. in cap. 1. & 2. de *Sequestrat. poss.* & *fruct.* & in cap. 2. de *Dol. & contum.*

(i) Ut in cap. 1. de *Judic.* cap. *Tus*, cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis, ut lite non contest.*

(j) Ut in cap. *Certum est* 11. quetz. 3. & in Conc. Trid. Sess. 25. de *Reform.* cap. 3.

(k) Ex his, quae notavimus in ultim. Prelud. hujus 2. Tom.

(l) Juxta text. in dict. leg. *Consentaneum*, sic intellectum à gloss. fin. ibi recepta communiter à Bartol. & aliis ibi, ex Boer. in Repet. dict. leg. *Consentaneum*, n. 44. & resolut. vit. gloss. in cap. *Prout*, verb. *Diffinitiva*, de *Dol. & contum.* quam dicit magistram Panorm. ibi. n. 18. & ita intelligi debet text. in dict. §. *In aliis*, & reliqua jura mentionem facientia de isto remedio.

(m) Ut in tot. tit. *Ut lite non contest.* & in propria specie expresse probat text. in cap. *Tus*, ut *lite non contestat.* & in leg. *Quia absente*, junct. gloss. 1. Cod. de *Præsentat.* & in cap. *Prout*, de *Dol. & contum.*

contestata, ad diffinitivam proceditur; secus autem est, quando adversus reum contumacem proceditur. (n)

14. Cui interpretationi non obstat text. in dict. cap. Quoniam frequenter, §. Porro, & in cap. Cum olim, de Testib. & in dict. cap. unic. de Eo, qui mittit. in 6. quibus in locis ad sententiam diffinitivam, lite non contestata, proceditur adversus reum contumacem: nam respondetur, in predictis iuribus illud specialiter inductum esse propter periculum fornicationis, & propter favorem libertatis, & propter periculum vacationis beneficii. (o)

De iure autem Regio in isto remedio proceditur adversus reum contumacem ante litem contestatam, juxta text. in leg. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. & idem de stylo observatur in Gallia: (p) & quando hoc remedium ab actore eligitur, in eo proceditur forma, qua in via ordinaria diximus, in 1. Part. hujus 2. Tom. Y entones el juez hace los Autos con los Esdrados del Auditorio.

15. Vel poterit actor eligere alterum remedium, scilicet, quod ad primum, & secundum decretum procedatur ad cogendum contumacem, ut sese representet, & ratio affectus veniat responsurus: (q) quod remedium iure Regio appellatur Assentamiento, ut in leg. 1. & tot. tit. 11. lib. 4. Recop. & in tit. 8. Part. 3. & in leg. 2. tit. 4. lib. 2. Fori.

16. Et est advertendum, quod si actor elegerit unum ex predictis remediis, & per illud non fuerit sibi satis consultum, poterit ad alterum redire; (r) etiam si procedatur adversus minorem contumacem, ut in leg. 3. tit. 11. lib. 4. Recop.

Sed quia remedium missionis in possessionem ex primo, & secundo decreto difficilius est, ideo latius a nobis de eo agendum erit: ad cuius faciliorem explicationem nonnulli

(n) Secundum glos. in dict. Auth. Qui semel, verb. Locus, & glos. in dict. cap. Causam que, verb. Ad domum, & glos. 3. in cap. Quicumque 11. quest. 3. & communiter omnes ex Greg. Lup. in leg. 9. tit. 2. Part. 3. verb. començado, & tradit Cujac. in expositione Novellarum, in Novel. 69.
(o) Ut colligitur ex dict. §. Porro, & tradunt Domin. in dict. cap. tunc. n. 5. & DD. in dict. iuribus.
(p) Teste Boerio, ubi supra, n. 33.
(q) Ut probatur in dict. leg. Consentaneum, & in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis, & in cap. 1. cap. Proux, cap. Contingit, de Dol. & contum. & in tit. de Eo, qui mittit, in possess. & in leg. 2. tit. 11. lib. 4. Recop.
(r) Argum. text. in leg. 1. §. Quid ergo, ff. de iustic. vent. & docet Bart. in dict. leg. Consentaneum, n. 17. & Panorm. in dict. cap. Proux, n. 20. & Dec. consil. 460. n. 9. vol. 2.
(s) Ut resolvit Jas. in leg. Ne quicumque §. Obi decretum, ff. de Offic. Procon. & Urcurus in dict. §. Julianus, n. 29.

crunt pranotanda.

Primo, quibus modis accipiatur Decretum: quatuorplex sit: & quid sit.

Secundo, quae requirantur ad hoc, ut perveniat ad primum, & secundum decretum.

Tertio, in quibus rebus, & causis interponi possit.

Quarto, quis possit missionem in possessionem ex primo, & secundo decreto facere.

Quinto, quos effectus habet primum, & secundum decretum.

Sexto, quae sit forma, & ordo fulminandi processum in primo, & secundo decreto.

17. Ad primum deveniendum, dicendum est, Decretum varias acceptiones habere: (s)

18. in nostra tamen specie Decretum sumitur pro iussu iudicis de mittendo aliquem in possessionem bonorum ob contumaciam rei. (t) 19. Et in hac acceptione Decretum sumptum duplex est, nempe Primum, & Secundum juxta text. in leg. Si finita, §. Julianus, quem ibi dicit unicum imola: nam licet sit dare primum, & secundum decretum, nullus tamen textus est in iure mentionem secundi decreti faciens praeter dict. §. Julianus. (u)

20. Et omnia definitione Glossae, (x) omnia etiam alia definitione Bartoli, (y) rejectisque aliis definitionibus traditis a Bolognino, & Urcuro, ubi supra, existimo, aptiorem definitionem esse, 21. quod Primum Decretum est, primum iussus iudicis contra reum contumacem, ad ejus contumaciam compescendam in favorem actoris, super missione in possessionem deliberate factus: Secundum Decretum est secundus iussus iudicis contra reum in priore contumacia perseverantem, in favorem actoris deliberate factus, ut verus fiat possessor, quae definitio colligitur ex Speculatore, (z) Maranta, (a) & Didac. Perez. (b)

22. Ad secundum dicendum est, plura requiri ad deveniendum ad primum, & secundum decretum.

& plures alii, quos refert, & sequitur Didac. Perez in leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. glos. 1. in princ.
(t) Ut probatur in leg. Cum proponas, & in Auth. Es qui, Cod. de Bonis auctoris, jud. poss. & notat glos. in dict. leg. Si finita, §. Si plures, & notat glos. DD.
(u) Ut notat etiam ibi Bologn. n. 18. & Urcurus, n. 2. 8.
(v) In dict. §. Si plures, verb. Primum, quem reprobat ibi Bart. & alii communiter, etsi eam defendat Bologn. in dict. §. Julianus, n. 32. cuius defensionem impugnat ibi Urcurus, n. 35.
(w) Quam improbat Bologn. & Urcurus, ubi supra, licet eam defendat Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 1. cap. 6. num. 1.
(x) In Rubric. de Prim. & secund. decret. Salicet. in dict. leg. Cum proponas.
(y) De Ordine. Debet, 6. part. memb. 2. n. 12.
(z) In leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. in glos. 1. quest. 3.

tum. 23. Primum enim requiritur ad interponendum primum decretum, quod reus peremptoria fuerit citatus, & si non venerit, vel miserit, quod missio in possessionem contra eum fiat, ut ratio affectus veniat responsurus: (c)

24. & citatio apponitur verbum Peremptoriae, (d) & idem est, quando facta fuerint tres citationes, (e) vel quando unica pro tribus facta esset: (f) & idem est, quando in ipsa citatione dicitur, quod aliter, termino elapso, Judex procedet in causa. (g)

25. Nec huic verae resolutioni obstat text. in leg. Et post editum, ff. de Judic. ubi probatur, aliam quam citacionem requiri post editum peremptorium; ergo videtur non sufficere citationem peremptoriam, sed post eam esse necessariam aliam citationem: nam respondetur, quod illud, quod dicitur in dict. leg. Et post editum, intelligi debet ex urbanitate, non tamen ex necessitate, secundum Glossam: (b) quae tamen interpretatio corrumpit litteram illius text. quia verbum Debet, magis ad necessitatem, quam ad voluntatem refertur, ut notat Decius. (i) Quare text. in dict. leg. Et post editum aliter interpretantur Duranus, (j) Anton. Costanus, & Concius; (k) & ita non obstat text. ille praedictae verae opinioni, quae habet, post citationem peremptoriam ad interponendum primum decretum, aliam novam citationem necessariam non esse, & qua vera opinio difficile esset recedere, secundum Urcurum. (l) 26. De aequitate tamen Canonica plerumque in Foro Ecclesiastico, post peremptoriam citationem, alia nova citatio fit, secundum Panormitanum. (m)

27. Non etiam supradictae verae resolutioni

(c) Juxta text. in leg. Cum legati, ff. Quib. ex caus. in possess. eorum, & in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis, & glos. in dict. leg. Si finita, §. Si plures, verb. Primum, receptam communiter ex Alexand. ibi. n. 8. & Bologn. ubi supra, n. 37. & Boer. in dict. leg. Consentaneum, n. 113. & idem firmat glos. in cap. Quoniam contra falsam, verb. Dilaciones, de Probat. & glos. in cap. 1. de Milite vasa. qui contum. in Usib. Feud. & probatur in leg. Praesentis, §. Cum autem, Cod. de His, qui ad Eccles. confug. & in dict. leg. Consentaneum, ibi: Ternis litteris, vel uno peremptoria; & notat Did. Perez in dict. leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. quest. 9. & Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 1. cal. 6. n. 3.
(d) Ut in leg. ad peremptorium, ff. de Judic.
(e) Ut in leg. Tres denuntiationes, Cod. Quomod. & quando. Judex.
(f) Secundum glos. in dict. cap. Quoniam contra falsam, verb. Dilaciones, & ibi Panorm. & Gregor. Lup. in leg. 1. tit. 8. Part. 3. in glos. verb. No queriendo.
(g) Secundum Bart. receptum communiter in dict. §. Julianus, dicitur etiam aliis modis peremptoria citatio, ut notat Didac. Perez; ubi supra, col. mih. 1119.
(h) Ibi, verb. Debet, receptam a Bart. ibi. n. 1. & ab aliis relatis per Boerium in dict. leg. Consentaneum, n. 64.

ni obstat text. in leg. 2. Cod. Quomod. & quando. Judex, ubi probari videtur, quod, cessante peremptoria citatione, ad sententiam id est, ad decretum pervenitur; ergo videtur necessarium non esse peremptoriam citationem, ad interponendum primum decretum: nam respondetur, omisis duabus primis solutionibus Glossae; ibi, verb. Editi, quia divinationem continent, & illum text. restringitur: omilla etiam alia interpretatione Decii; (n) quia multum restringit illum text. generaliter loquentem in quacunque causa; tam plenaria, quam summaria: rejectaque alia solutione Decii; (o) exillimo melius dicendum esse cum Glossa; (p) scilicet, quod text. ille loquitur, quando ipsemet Judex monuit reum; ut ad se veniret, quae monitio a Judice facta vim peremptoriae habet: quam interpretationem communiter receptam esse, testatur Panormitanus. (q)

28. Ex qua vera resolutione nove intelliges text. in cap. fin. de Eo, qui mittit. in possessionem. ibi; post citationis editum, scilicet, quod text. ille probat, quod si ante citationem res abfuerit, non haberet locum missio in possessionem ex primo decreto: nam certi juris est, necessariam esse citationem peremptoriam, ad interponendum primum decretum, ut supra resolvimus; & ita non est necessaria suppletio Glossae ad illum text. nec aliae interpretationes Panormitani ibi. Cui intellectui non obstat text. in leg. Ignorare, Cod. de Restitut. Milit. nam responderet, ibi citationem praeficere, saltem ad domum, quia absens inveniri non poterat, ut notat Panormitanus. (r)

30. Ceterum in Foro Seculari, de iure hujus Regni ad primum decretum necessaria non est peremptoria citatio, sed sufficit unica cita-

& eandem solutionem assignat glos. in cap. De illicitis verb. Peremptoria 24. quest. 3.
(i) Et alii communiter in cap. Intelleximus, de Judic.
(j) In lib. 7. Disput. cap. 7.
(k) In dict. leg. Et post editum.
(l) In dict. §. Julianus, n. 45. in fin.
(m) In cap. Cum dilecti, n. 18. de Dol. & contum. & August. Berouus in dict. cap. Quoniam contra falsam, n. 143.
(n) In cap. Consultus, n. 10. de Offic. Deleg. quam sibi tanquam novam vendicat Urcurus in dict. §. Julianus, n. 53.
(o) Ubi supra, quam sibi tanquam novam aliebit Bologn. in dict. §. Julianus, n. 60. & eam optime impugnat Urcurus, ubi supra, n. 51.
(p) In dict. leg. 2. verb. Editi in fin.
(q) Num. 2. in cap. Quoniam Abbas, de Offic. Deleg. Bologn. n. 58. & Urcur. n. 48. in dict. §. Julianus, & eandem interpretationem assignat glos. in dict. leg. Et post editum, verb. Debet, & glos. in cap. Consultus, verb. Terminum, tamen cum refertur Bologn. ubi supra, n. 59. per plura fundamenta, quibus satisfacere poteris ex notatis a Dec. in dict. cap. Consultus; & Urcur. ubi supra, n. 49.
(r) In cap. Causam que, n. 6. de Dol. & contum.

tatio, nempe, quod reus citatus sit in causa principali, ut ad libellum respondeat, juxta text. in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. per quem text. sublati sunt verba illa, quae olim apponebantur in leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinarum. ibi: *por tres emplazamientos*: & juxta praedictam legem Recopilat. intelligi debet lex 108. tit. 18. Part. 3. & per eandem legem comprobatur opinio Bolognini (f) asserentis, ad *primum* decretum nullam citationem necessariam esse, sed sufficere citationem peremptoriam in causa principali factam. 31. Quae citatio peremptoria ad deveniendum ad *primum* decretum fieri debet de *jure Communi* in persona rei, si inveniri possit; alias, si non inveniretur, nec certum esset, procuratorem dimississe, sufficeret citationem ad domum rei fieri, secundum Glossam; (t) quamvis Innocentius, & Panormitanus (u) indistincte assererent, praedictam citationem sufficere ad domum rei fieri per text. in leg. *Scire etiam*, §. *Qui autem*, ff. de *Excusation. tutor.* ubi dicitur, citationem fieri debere in faciem, vel ad domum rei; ergo videtur sufficere, si ad domum rei fiat, quamvis reus inveniri possit; cum in alternatiis alterum adimplere sufficiat. (x)

32. Sed suscindo praedictam communem opinionem, dicendum est, quod opinioni Innocentii, & Panormitani non suffragatur text. in dict. leg. *Scire etiam*, §. *Qui autem*: nam alternativa illius text. potius est *ordinis*, quam *electionis*, & ita, quod sensus illius text. sit, quod citatio primo fieri debeat in persona, si inveniri possit; alioquin ad domum fieri debeat, secundum communiter omnes; (y) 33. tamen Gregorius Lupus (z) praedictas opiniones in hunc modum componit, scilicet, quod opinio Innocentii, & Panormitani procedat in missione *in possessionem ex primo* decreto: nam cum modici praedicti sit, sufficere, si citatio ad domum fiat; ceterum opinio communis procedat in missione *in possessionem ex secundo* decreto, vel quando procedendum esset in negotio usque ad senten-

(f) In dict. §. *Julianus*, n. 45.

(t) In cap. *causamque*, verb. *Ad domum*, de *Dol. & contum.* & ibi Anton. de Butr. n. 7. & Panorm. n. 12. per text. in cap. *Venerabilis*, de *Dol. & contum.* & in cap. fin. de *Ho. qui mittit. in posses.* cujus gloss. opinionem communem esse testatur Alexand. in leg. 4. §. *Prator ait*, n. 2. ff. de *Damn. infectis*.

(u) In dict. cap. fin.

(x) Ut in cap. *In alternatiis*, de *Reg. jur.* in 6.

(y) Ex Panorm. in dict. cap. *causamque*. Card. & DD. in Clem. 1. not. 10. de *For. comp.* Tiraq. de *Urbobique* Re tract. ut. 1. §. 9. glof. 2. n. 44.

(z) In leg. 1. tit. 8. Part. 3. in glof. 3. in fin. receptus à Didac. Perez in dict. leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinarum. column. 1122.

tiam diffinitivam. 34. In Foro tamen *Seculari de Jure Regio*, ad interponendum *primum* decretum requiritur, quod illa unica citatio, quae in causa principali fieri debet, in persona ipsius rei fiat, per text. in dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil.

35. Secundo, ad interponendum *primum* decretum requiritur, quod actor compareat in termino citationis coram Judice, iuculans contumaciam rei; alias contumax non reputabitur. (a) Quinimo debet licentius actor à Judice recedere, secundum Bartolum, (b) & ita in *praxi* observatur in quocunque Tribunali.

36. Tertio, ad *primum* decretum requiritur, quod post illam peremptoriam citationem offeratur ab actore libellus in causa principali; nec necesse est, libellum praecedere citationem, vel tenorem ejus in citatione inseri, secundum Alexandrum (c) 37. nec etiam necesse est, post praedictam citationem, & libelli oblationem in causa principali alium libellum offerri, in quo debitor petat se mitti in possessionem ex *primo* decreto, secundum Bartolum; (d) quod verum est, si de libello *solemni in scriptis* intelligamus; tamen aliquis petitio fieri debet à Notario in actis redacta, qua actor petat se in *possessionem mitti ex primo* decreto, secundum Imolam, (e) & pro hac opinione facit text. in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. ibi: *Y pidiere*.

38. Quarto, requiritur, quod quantitas, pro qua petatur *primum* decretum, excedat summam sexcentorum marapetinarum: nam pro minori summa peti non potest; sed proceditur per captionem pignorum, ut probat text. in leg. 15. tit. 8. lib. 2. Recop.

39. Ultimo, requiritur ad *primum* decretum, quod praecedat semiplena cognitio de debito, vel saltem, quod actor praestet juramentum *de calumnia*, antequam in possessionem mittatur, secundum Glossam, (f) & probatur in leg. 2. tit. 8. Part. 3. 40. Quod juramentum ab

(a) Argum. text. in leg. *Properandum*, §. *Et siquidem*, Cod. de *Judic.* & in specie firmat Barol. n. 9. receptus ab Alex. n. 24. & ab aliis communiter ex Bologn. n. 71. in dict. §. *Julianus*.

(b) Num. 10. Alex. n. 25. dict. §. *Julianus*.

(c) In dict. §. *Julianus*, n. 20. receptum à Didac. Perez in dict. lib. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinarum. column. 1122. quest. 13.

(d) Num. 20. & alios communiter ex Bologn. n. 89. in dict. §. *Julianus*.

(e) In dict. leg. *Si finis*, §. *Si plures*, & Alex. in leg. 1. ff. de *Edend.* & in dict. §. *Julianus*, n. 36.

(f) In dict. cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis*, verb. *Summatim*, receptam à Panorm. ibi, n. 34.

ab actore praestandum erit in ipsa missione, antequam mittatur in possessionem, etiam si prius in libello cause principalis illud praestitisset, secundum Cinum; (g) & ratio est, quia missio ista nova instantia videtur distincta ab instantia cause principalis, nam causa principalis *jure actionis* expeditur; 41. ac vero missio *in possessionem Judicis officio nobili*, ut resolvit Jallon; (h) 42. & an hoc juramentum *de calumnia* in ipsa missione praestitum sufficiat ad totam causam principalem, si antea praestitum non erat, docet Glossa. (i)

43. Praecedentibus supradictis requisitis, Judex profert sententiam interlocutoriam, qua pronuntiat, *actorem mittendum esse in possessionem rei petita*, si actione reali actum esset; si vero actione personali actor ageret, mitti deberet in possessionem bonorum debitoris pro modo, & quantitate debiti; (j) quamvis olim agens actione personali mittendus erat in possessionem omnium bonorum debitoris, (k) 44. Quae missio primo fieri debet in bonis mobilibus, & eis deficientibus, in immobilibus, & in eorum defectum in juribus actionibus, & nominibus debitoris; (l) & hunc ordinem praescribit text. juncta gloss. ibi, verb. *Immobiliam*, in dict. cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis*, & in leg. 2. tit. 8. Part. 3. & lex 1. tit. 11. lib. 4. Recop. (m)

45. Quae missio in possessionem ex *primo* decreto cessaret, si reus coram Judice comparet, & expensas reficeret, & praestaret sufficientem cautionem *de stando*, & *parendo*: recuperari enim tunc possessionem simul cum fructibus illius rei, in quam fuerat missus actor: (n) quam comparitionem, solutionem expensarum, & satisfactionem reus tenetur facere intra terminum unius anni à die missionis connumerandum, (o) vel verius, intra terminum à Judice suo arbitrario praestitum: potest enim Judex arbitrari *de jure communi*, intra quem terminum reus comparere debeat ad praestandam

Tom. II.

cautionem, & expensas, & ad recuperandam possessionem, ut cum communi resolvit Didac. Perez. (p)

46. De *jure* tamen *Regio* in Foro *Seculari*, reus tenetur comparere intra unum mensem cum expensis, & cautione, quando actor fuit missus ex actione personali; quando vero fuit actor missus *in possessionem* ex actione reali, reus comparere debet intra duos menses, juxta text. in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. quem etiam terminum unius mensis, vel duorum mensium à *jure Regio* praescriptum reo ad recuperandam possessionem Judex *ex causa* breviare, & prorogare poterit. (q) 47. Pro qua brevi opinione facit, quod Judex *ex causa* breviare, & prorogare potest omnes dilationes à *jure* praescriptas, etiam sine ministerio Judicis, secundum Panormitanum. (r)

48. Nec supradicta resolutioni obstat text. in cap. *Cum venissent*, de *Ho. qui mittit*, ubi reus comparens intra annum, & cautionem praestans absque solutione expensarum possessionem recuperat; ergo videtur, necesse non esse, quod cautionem, & solutionem expensarum simul praestet: nam responderetur, quod ibi reus negabat, se contumacem fuisse, asserens iuste per appellationem à *judicio* recessisse: ac ideo cum à principio non constaret de legitimitate appellationis, praestata cautione *de stando*, & *parendo*, & dilata solutione expensarum in eventum probationis contumaciae, vel non contumaciae, reus recuperat possessionem; si vero à principio constaret de illegitimitate appellationis, reus comparens teneretur praestare cautionem, & expensas, etiam si ab actore non peterentur. (s) 49. Ceterum, si à principio constaret de legitimitate appellationis, reus neutrum facere deberet, sed recuperare posset suam possessionem, cum missio in possessionem post legitimam appellationem nulla esset, sed veniret revocanda *per viam*

Ccc at

(g) In leg. *Cum proponas*, Cod. de *Bonis auctor. jud. possid.* Panorm. in dict. §. *In aliis*, n. 31. & Alex. in dict. §. *Julianus*, n. 37.

(h) In leg. *Jubere cavere*, n. 10. ff. de *Jurisdict. omn. jud.* (i) In dict. cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis*, verb. *Summatim*, recepta à Panorm. ibi, n. 31. in fin.

(j) Juxta text. in Auth. *Et qui*, Cod. de *Bonis auctor. judic. possid.* & in dict. cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis*, & in leg. 2. tit. 8. Part. 3. & in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

(k) Ut probatur in leg. 1. ff. *Quib. ex causis in possessione*. (l) Argum. text. in leg. *A Divo Pio*, §. *In venditione*, ff. de *Re judic.*

(m) Et Avend. dict. 1. & 2. decreto, 3. part. n. 11. & nos infra latius dicemus in 3. Praenotatione.

(n) Ut probat text. in dict. cap. *Quoniam frequenter*, §. *In aliis*, & ibi gloss. verb. *cautione*, text. in cap. 1. & 2. de *Ho. qui mittit. in posses.* & tradunt DD. in §. *Julianus*, &

probatur in leg. 6. tit. 8. Part. 3. (o) Ut in leg. *si quis emptianis*, §. pen. Cod. de *Prescript.* 30. vel 40. annor. & in cap. 1. cap. *Contingit*, de *Dol. & contum.* & in cap. 1. & 2. de *Ho. qui mittit. in posses.*

(p) In dict. leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinarum. glof. 1. quest. 20. verb. *Sed hodie*, & Menoch. lib. 2. de *Arbitr. cent.* 1. cas. 6. n. 13.

(q) Argum. text. in cap. *Cum venissent*, de *Ho. qui mittit. in posses.* junct. leg. *A quo judas*, ff. de *Damn. infectis*. & notat Gregor. in Clem. *Sept.* quest. 8. de *Verb. signific.* & Rom. in sing. 49.

(r) Felin. & Dec. n. 13. in cap. *Cum sit Romana*, de *Appellat.* Alex. n. 5. in fin. & Vincent. n. 27. in leg. 2. ff. de *Re judic.* est contrarium teneat Didac. Perez in loco proxime citato.

(s) Secundum Alexand. n. 76. & Bologn. n. 132. in dict. §. *Julianus*.

attentatorum. (t)

50. Sed si reus intra terminum à jure, vel à Judice præfixum non comparuerit, præstans cautionem, & expensis, Judex tunc procedere poterit ad misionem in possessionem ex secundo decreto: ad quam plura requiruntur. 51. Primo enim requiritur, quod reus iterum citetur, sicut ad *primum*, decretum citatus fuit, secundum Glossam. (u) De jure tamen Regio, & in Foro Sæculari hæc secunda citatio necessaria non est, ut colligitur ex dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

52. Secundo requiritur ad interponendum secundum decretum, quod reus latitet. (x)

Tertio requiritur, quod præcedat cognitio semiplena de debito, secundum Bartolum; (y) de jure tamen Regio, & in Foro Sæculari illa cognitio necessaria non est, quia ipsamet lex hæc misionem ex secundo decreto facit, ut constat ex dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

53. Quarto requiritur, quod elapsus sit terminus à jure, vel à Judice præscriptus ad interponendum hoc secundum decretum: quibus requisitis præcedentibus, Judex profert sententiam, qua pronuntiat actorem mittendum esse in possessionem ex secundo decreto, 45. ut efficiatur verus possessor, & possit longo tempore dominium acquirere. (z)

55. Est tamen advertendum, quod in actione reali non est locus misioni in possessionem ex secundo decreto, nam per solum lapsum termini unius anni à jure concessi, missus ex primo decreto efficitur verus possessor, sed tantum in actione personali: (a) quod verum est, quando in actione reali actor peteret post annum mitti in possessionem ex secundo decreto, ut verus efficietur possessor; tamen ad majorem cautelam, bene posset etiam post an-

num interponi, vel ad hunc effectum, ut Judex præfinit certum terminum reo contumaci, intra quem agere debeat de proprietate rei; alias imponat ei perpetuum silentium super illa re: vel ad hunc effectum, ut efficiatur verus possessor ante lapsum anni, quando à Judice terminus unius anni fuit restrictus, ut intra illum reus deberet comparere cum expensis, & cautione, secundum Panormitanum. (b)

56. De jure tamen Regio, & in Foro Sæculari, elapso uno mense in actione personali, & duobus mensibus in actione reali, sine interpositione secundi decreti, missus ex primo decreto statim efficitur verus possessor, juxta text. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. & in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

57. Ad tertium deveniendo, dicendum est, misionem in possessionem fieri posse, si agatur actione reali in re petita; (c) si verò agatur actione personali, in omnibus bonis debitoris fieri potest, dummodo primo fiat in mobilibus, & eis deficientibus, in immobilibus, juribus, actionibus, & nominibus debitorum; (d) quinimo etiam in actione hypothecaria. (e) 58. Præterea missio fit in servis, vassallis, & in bonis alienari prohibitis in vita possessoris: nam successori prædicta missio non nocebit. (f)

59. In beneficio Ecclesiastico non est locus misioni in possessionem ex primo, & secundo decreto: (g) & inter alias rationes hujus prohibitionis illa potissima est, ne detur vitiosus ingressus, cum abique titulo, & Canonica institutione beneficium obtineri non possit; (h) sed missio in possessionem ex primo, vel secundo decreto non est titulus beneficalis, nec Canonicus: 60. nam tituli beneficales sunt perpetui; (i) 61. missio autem ex primo decreto an-

annalis est; (j) ergo in beneficalibus non habet locum missio ex primo decreto.

62. Cui resolutioni obstat videtur, quod eadem ratione in rebus profanis non esset locus misioni in possessionem ex primo decreto, cum absque titulo haberi non possint; (k) 63. nec fit satis, si respondeatur, in rebus profanis auctoritatem Judicis loco tituli haberi: (l) nam idem videtur dicendum esse in beneficalibus, quod auctoritas Judicis excuset, juxta text. in cap. Cum dilectus in fin. de Electio. & Glossam (m) aliterentem, 64. sententiam Judicis in beneficalibus transire in auctoritatem rei judicatæ. (n)

65. Quare pro resolutione hujus difficultatis dicendum est, quod in rebus profanis jus, & dominium eorum sua natura regulariter non acquiruntur, nisi per traditionem, & acquisitionem possessionis: (o) nam cum ab initio omnia bona client communia, dominium eorum non acquirebatur, nisi per apprehensionem rei; (p) 66. ceterum in beneficalibus secus est, quia jus & dominium eorum non acquiruntur ex sola possessione, & traditione; sed ita ab initio à Christo sunt instituta, ut fidelissime à suis Vicariis, & Prælati dispensarentur, juxta illud Lucæ cap. 12. Quis putat est fidelis dispensator, & prudens, &c. 67. Idcirco ex sola Canonica institutione, & Provisione Prælatorum beneficia acquiruntur, & non ex sola possessione. 68. Quo fit, auctoritatem Judicis de mittendo quem in possessionem ex primo decreto in beneficalibus non excusare, nec titulum Canonicum tribuere, cum titulus beneficalis perpetuus debeat esse, ut supra diximus; & hæc est vera ratio Glo-

Tom. II.

fiæ, (q) in qua tantopere laborarunt DD. (r) 69. Quæ vera resolutio, nedum locum habet in beneficiis obtinendis, verum etiam in jam obtentis, in quibus non erit locus misioni in possessionem ex primo decreto, secundum Glossam. (s)

70. Quinimo, nec in fructibus beneficii missio in possessionem ex primo decreto fieri potest, cum fructus sint accessorii ad beneficium, (t) & ita sequi debent naturam sui principalis: (u) 71. præterea facit, quia in percipiendis fructibus potius attenditur ad jus corporis, ex quo percipiuntur, quam ad jus feminis: (x) 72. quod verum est, & procedit in fructibus beneficii pendentibus; at vero in fructibus separatis, & perceptis missio ex primo decreto fieri potest, & procedit in proprietate: (y) 73. ita etiam in proprietate Ecclesiæ missio fit: (z) 74. facit etiam, quia in fructibus beneficii perceptis executio sententiæ fit: (a) 75. præterea fructus beneficii percepti causa custodia assignantur Oeconomis. (b)

76. Ad quartum dicendum est, *primum*, & *secundum* decretum interponi debere per Judicem nolum, vel mixtum imperium habentem, (c) & ab eodem Judice habenti merum, vel mixtum imperium prædicta missio revocari debet: (d) 77. quod verum est, nisi in causa damni infecti, quæ clericatere desiderat: (e) 78. ex qua resolutione videtur, cognitionem de mittendo in possessionem ex primo decreto delegari non posse ad inferiori Principe, cum ea quæ sunt meri, vel mixti imperii non delegentur; (f) at vero de jure Canonico omnes causas meri, & mixti imperii delegabiles

CCc 2

ef

(t) Ut in cap. Non solum, de Appell. in 6. & facit text. in cap. 1. de Sentent. excomm. lib. 6.

(u) In dict. leg. Si finita, §. Si plures, verb. Prins, communiter receptam ex Alexand. n. 51. & Urcuro. n. 73. in dict. §. Julianus.

(x) Juxta text. in leg. Felicinus, ff. Quib. ex caus. in poss. (y) In dict. §. Julianus, n. 36. communiter receptam ex Urcuro, ibi col. 103.

(z) Juxta text. in leg. Prætoris, & in dict. leg. Si finita, §. Julianus, ff. de Damn. infecti. & in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis, & in cap. 1. cum aliis, de Eo, qui mittitur, & in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

(a) Secundum gloss. in dict. §. Julianus, & communiter omnes.

(b) In dict. §. In aliis, n. 42. & 43. & Bologn. in dict. §. Julianus, col. 74. ubi testantur, hanc esse communem opinionem.

(c) Ut in toto tit. de Eo, qui mittitur, in poss. & in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis, & in dict. leg. Si finita, §. Julianus, & in leg. 2. tit. 8. Part. 3. & in leg. 1.

tit. 11. lib. 4. Recop.

(d) Arg. text. in leg. A Divo Pio, §. In venditione, & ibi communiter omnes, ff. de Re judic. text. juncta gloss. in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis, verb. Immobiliarium, & notat Gregor. Lup. in dict. leg. 2. verb. Ex tantis bienes.

(e) Secundum Alex. & Jass. n. 24. in leg. 3. §. fin. ff. de Acquir. posses. & Menoch. in conf. 104. n. 71.

(f) Ut cum Bald. Salicet. & Greg. Lopez tenet Didac. Perez in dict. leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. quest. 26.

(g) Ut in cap. unic. de Eo, qui mittitur, in poss. lib. 4. & notant communiter DD.

(h) Ut in cap. 1. de Reg. jur. lib. 6. & in cap. Ex frequentibus, de Institur.

(i) Ut in cap. Precepta 56. Distinct. & in cap. Sanctissimum 70. Distinct. & in cap. 1. de Capellis Monach. in 6. & notat Panorm. in cap. Si constituit, de Accusat. Gomecius de Expectativis, n. 94. & Caladorus in decis. 11. de Præbend. num. 8.

(j) Juxta text. in cap. Contingit, de Dol. & contum. & in dict. cap. Quoniam frequenter, §. In aliis.

(k) Ut in leg. Nullo, Cod. de Rei vendit. & in leg. fin. Cod. Unde vi.

(l) Juxta text. in leg. Juste possidet, & ibi communiter DD. ff. de Acquir. posses.

(m) In cap. 1. verb. Repellendis, de Consec. præbend.

(n) Quam dicit communiter receptam Covar. in 4. Decret. 2. part. §. 12. n. 14.

(o) Ut in leg. Nunguam muda traditio, ff. de Acquir. rerum domin. & in leg. Traditionibus, Cod. de Passis.

(p) Ut in leg. 1. ff. de Acquir. posses. & in §. Singularum, Institur. de Rerum divois.

(q) Fin. in cap. Contingit, de Dol. & contum. in verb. Sed nunquid

(r) Ut videre est per Felinum in cap. Sicut, n. 31. de Re judic. Selvam, in tit. de Beneficio, 3. part. quest. 21. Colman, de Pacificis possessoribus, verb. Triennium, & Gomet. in Reg. de Trienn. posses. quest. 26.

(s) In dict. cap. unic. verb. Obtinendis, receptam communiter ex Panorm. in dict. cap. Contingit, n. 16. & Perus. in dict. cap. unic. n. 4. tamen prædicta gloss. in fin. dicit, litteram illius text. in contrarium facere, & quamvis Panorm. ubi supra. contra communem teneat, cujus fundamentis satisfaciendum erit ex notatis per Perus. ubi supra.

(t) Ut in cap. fin. de Rescript. lib. 6.

(u) Ut in cap. Accessarium, de Reg. jur. lib. 6.

(x) Ut probat text. in leg. Qui scit, §. In alieno, ff. de Usuris, & in specie ita firmant Domin. n. 7. Perus. n. 1. & alii communiter in dict. cap. unic.

(y) Arg. text. in leg. fin. §. pen. ff. Quæ in fraud. credit.

(z) Ut in cap. 1. de Eo, qui mittitur, in poss.

(a) Ut probatur in cap. Pervenit, de Fidejuss. & notant ibi Panorm. n. 12. & Barbat. n. 13.

(b) Ut in cap. Cum vos, de Offic. Ordin. & facit text. Concil. Trident. sess. 23. de Reformat. cap. 1. in fin. & in specie ita firmant, & prædictam opinionem intelligunt Speculator in tit. de 1. decreto, §. Reitar, n. 9. & Bald. in dict. cap. Contingit, n. 28.

(c) Ut probatur in leg. Fubere carcere, ff. de Fidejuss. omni. judic. ubi hanc testatur communem opinionem Oroscius, n. 7.

(d) Juxta text. in leg. 4. §. Si forte, ff. de Damn. infecti. & notant Alex. & Angel. & Paul. in leg. Fubere carcere, (e) Juxta text. in dict. leg. 4. §. 1. & notat Didac. Perez in dict. leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. gloss. 1. quest. 4.

(f) Ut in leg. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est jurisdic. & ibi Oroscius, n. 4. cujus tamen contrarium probavit dicitur in leg. Cognitio, §. Ut possessio bonorum, ff. de Offic. ejus, quam difficultatem solvit Jass. in dict. leg. Fubere, n. 7. 20. & 22. & Orosc. n. 4. & 7.